

Ab omni malo,	libera nos Domine.
Ab omni peccato,	libera
Ab ira tua,	libera
A subitanea, et improvisa morte,	libera
Ab insidiis diaboli,	libera
Ab ira, et odio, et omni mala voluntate,	libera
A spiritu fornicationis,	libera
A fulgure et tempestate,	libera
A flagello terræmotus,	libera
A peste, fame, et bello,	libera
A morte perpetua,	libera
Per mysterium sanctæ Incarnationis tuæ,	libera
Per adventum tuum,	libera
Per nativitatem tuam,	libera
Per baptismum, et sanctum jejunium tuum,	libera
Per crucem, et passionem tuam,	libera
Per mortem, et sepulturam tuam,	libera
Per sanctam resurrectionem tuam,	libera
Per admirabilem ascensionem tuam,	libera
Per adventum Spiritus sancti Paracliti,	libera
In die judicii,	libera
Peccatores,	te rogamus audi nos.
Ut nobis parceas,	te rogamus
Ut nobis indulgeas,	te rogamus
Ut ad veram pœnitentiam nos perducere digneris,	te rogamus
Ut Ecclesiam tuam sanctam regere, et conservare digneris,	te rogamus
Ut Dominum Apostolicum, et omnes Ecclesiasticos	
Ordines in sancta Religione conservare digneris,	te rogamus
Ut inimicos sanctæ Ecclesiæ humiliare digneris,	te rogamus
Ut regibus et principibus christianis pacem et veram concordiam donare digneris,	te rogamus
Ut cuncto populo christiano pacem et unitatem largiri digneris,	te rogamus